UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Leone papa. x. [et] co[n]fessore. Cap[itulum]. lxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

crauit. Adrianus igitur de partibus orientis romam veniẽs audiens eleutherij famã: miſſo felice comite eũ ad ſe in vrbẽ adduci mandauit. Sanctus vero comitẽ ad xp̄m cõuertit: ⁊ veniẽs ſecum ad vrbem in via baptizauit. Et preſentatus adriano imperatori cũ xp̄m dñm confiteret̃: ſup lectũ ereum extenſus eſt igne ſubtermiſſo: quẽ imperator mortuum exiſtimãs deponi fecit. Et videns ipſum conſtantiorẽ effectũ: ip̄m in craticula poni iuſſit carbonibꝰ ſubſtratis ac oleo deſuꝑ infuſo. Statimq̄ȝ ignis extinguitur ⁊ craticula refrigeratur. Poſt hec in ſartaginẽ mittit̃ plenam oleo ⁊ adipe liquefactis: in qua ſicut in prato rore madefato ꝑmãſit. Tũc adrianus conſilio corebori prefecti: ipſum in furnuz accenſum immitti mãdauit: in quo die integro oĩno illeſus fuit: ⁊ omnino inuſtus inde exiuit. Quo miraculo prefectus cõuerſus eſt. Quẽ imperator in eodẽ clibano miſit: ſed ⁊ ipſe illeſus permanſit: tũc imperator prefectũ decollari fecit: cuivnda ſanguinis ꝓ baptiſmate fuit. Eleutherius vero poſtq̄ diebꝰ plurimis in cuſtodia detentus fuiſſet: inde eductus iubente alexãdro quattuor equis indomitis pedibus alligat̃: qui ſtimulis ferreis ſub caudis eoꝝ poſitis ad curſum incitabant̃: vt ſic ip̄m ꝑ inculta ⁊ arida loca ꝑtrahẽtes minutatim eiꝰ mẽbra diſrũperẽt. Angelus aũt dñi equos mitigauit: ⁊ eleutherium ſolutũ ad mõtem excelſum duxit: ad quẽ omnes fere ſiluarũ cõuenietes eidẽ mitiſſime famulatũ prebebãt. Que cũ a q̄buſdã venatoribꝰ qui hec in ip̄o mõte feras perſequẽtes cõſpexerant: imperatori nunciata fuiſſent: miſit apparitores armatos: vt eum cõprehẽderent: quẽ mortuũ exiſtimabat. Quorũ plurimos cõuertit ad xp̄m: cũ quibꝰ etiã venit ante adrianũ: quẽ ille in amphitheatrũ mitti fecit: ⁊ leenã ei laxari. Illa vero ſancti pedibꝰ ꝓuoluta eũ oĩno nõ tetigit: inde dimittit̃ eidẽ leo ferociſſimus: qui ip̄e mitiſſimus effectꝰ ſanctũ pedibus amplexat̃: ꝓpter qd̄ multi gẽtiliũ in dño crediderũt. Ortaq̄ȝ ſeditiõe inter paganos ⁊ cõuerſos ad xp̄z plus q̄ quingenti de ꝑplo interfecti ſunt. Qd̄ imperator videns eleutheriũ decollari precepit. Mater vero eiꝰ antias: que eũ ſecuta fuerat: dũ ſuꝑ corpus filij deflendo corruiſſet: deprehenſa ab adriano ꝙ xp̄iana eſſet: ab eodẽ ⁊ ip̄a pariter decollat̃. Quorũ corpora ciues apulie ad eorum ciuitatẽ trãſlata ibidem honorifice condiderunt. Qui paſſi ſunt. xiiij. kal'. maij.

De ſctõ apollonio ſenatore ⁊ mar. Cap. lxij.

Apollonius ſenator romane vrbis cõmodo imperatori a ſcõo ꝓditus ꝙ xp̄ianus eſſet. Iuſſus quoq̄ȝ vt fidei ſue rationẽ redderet: inſigne volumẽ chriſtianitatis cõpoſuit: quo in ſenatu recitato ſententia eorũ pro chriſti fide penam capitalem excepit. xiiij. kalen. maij. Hec Hiero. de illuſtribus.

De ſancto apollonio abbate. Cap. lxiij.

Apollonius abbas habitauit in ſpelunca in finibus hermopolis pater quingentorũ monachorũ: hic annoruz. xv. receſſit ad heremũ: ⁊. xl. annis ibi cõuerſatus eſt: cui ſemel dñs apparẽs dixit: vt mitteret manũ in ſinũ ſuũ ⁊ quicq̄d cõprehẽderet ꝯſtrigeret: ⁊ ſub arena obrueret. Ille vero puiſſimũ ethyopẽ tenuit: qui ſe demonẽ ſuꝑbie ſpũ eſſe dixit: quẽ ille in arenã demerſit. Factaq̄ȝ eſt vox ad eũ de celo: q̄ ex fide q̄q̄ȝ petita obtineret. Cũ aũt die paſche paucos panes ⁊ olera ſicca ad refectionẽ haberet: dixit fr̄ibus ſuis: vt q̄ſq̄ȝ qd̄ vellet a dño poſtularet. Premiſſaq̄ȝ orone ab oibꝰ oĩno incognitis ⁊ inuiſis poma ⁊ fructus oim generũ alias in partibus illis nunq̄ reperta miri ſapori apportantur paneſq̄ȝ cãdidiſſimi cũ lacte ⁊ alioꝝ victualiũ copia miniſtrant̃. Latoribꝰ vero ſubito nuſq̄ cõparẽtibꝰ cibaria illa fr̄ibus vſq̄ȝ ad pẽthecoſten ſatis fuerũt. Cuidã quoq̄ȝ fratri petẽti ſibi a deo dari humilitatis ⁊ mãſuetudinis gr̄az: qd̄ petierat ĩpetrauit. Orta maxĩa fame: mltos locoꝝ illoꝝ hitatores cũ paruulis ⁊ cõiugibꝰ ad ſe recurrẽtes: tribꝰ ſolis ſportulis panũ que vix ad eſum fratrũ vno die ſufficerẽt ꝑ. iiij. menſes indeſinẽter ſuſtentauit. Cũ quidã eiꝰ carnalis frater a iuliano imperatore captꝰ eſſet acceſſit ad cõſolãdũ eũ: ⁊ a tribuno reptus cũ eodẽ incluſus eſt: media aũt nocte angelꝰ ianuas aperuit: ⁊ luce deſuꝑ ĩfuſa celeſti oẽs detẽtos liberauit. Qui poſtmodũ predicãs mltos xp̄ianos cõfortauit: ⁊ iuuenẽ noie phylemonẽ ſe deridentem ad xp̄m cõuertit. Et poſt multas exhortationes pluribus factas ad heremũ rediit: ⁊ in ſcrã ꝯuerſatione vitã finiuit. Hec heraclides.

De ſancto apollonio cõfeſſore. Cap. lxiiij.

Apollonius confeſſor cuz nullã artem ſciret: cibaria ⁊ medicamina laborantibus ex propria pecunia cõparabat ſingulaq̄ȝ monaſteria vſq̄ȝ ad horã nonã quaſi quottidie circuibat: ⁊ lãguentibꝰ miniſtrabat. Hec Heraclides.

De ſctõ Leone papa. x. ⁊ cõfeſſore. Cap. lxv.

Leo papa huius nominis decimus natione allemanꝰ de lothoringia damaſco ſecũdo romano pontifici i epiſcopatu romano ſucceſſit: et ſedit annos. v. mẽſes ij. dies. vi. rõani eni ex praua conſuedine: poſtq̄ ab impera

tore henrico.ij.petiſſent ſibi pontificē dari: cū nullū teutonicorū: vt ad hoc reciperet: poſſent inducere ep̄m tulleſi.brunonē noīe virum ſimplicem ad hoc inclinarūt. Qui ad vrbē veniēs: ⁊ ex hoc conſcientiā habēs oīno reſignauit. Et denuo ab oībus electus q̄uis ſatis renitens tandē multa populi inſtantia acceptauit et vocat⁹ eſt leo ipſius noīs decim⁹. Hic ſanctiſſime vite vir extitit: ⁊ pauperib⁹ largas elemoſynas prebens cunctis muníſic⁹ admodū fuit. ¶ Hic etiā ex deuotione beati marci euāgeliſte corp⁹ eius venetias veniēs viſitauit anno dn̄i. M.l. ¶ Hic prim⁹ inter romanos pontifices ad ſuggeſtionem quorūdam ſamnitū cōtra romanos qui apuliam ⁊ terras eccleſie inuaſerant arma cepit: ⁊ cum allamanis quos ſibi imperator diſerat hoſtib⁹ occurrit. Quod q̄uis ſancto zelo fecerit eidē: tamen male ſucceſſit: eo q̄ multos de ſuis in bello perdidit: ⁊ ſine effectu ad vrbē rediit. Quod ideo ipſi contingit: q: id nō eius erat officij: neq̄ hoc illi permiſſū fuerat a dn̄o qui ad pacem venerat ſuoſq̄ magis vt ab aliis paterent q̄ vt alios pſequerent premonuerat. ¶ Sanctus vero pontifex graui langore detentus die tertio ante eius obitū ad ſe oēs ep̄os ⁊ clericos cōuocauit: eoſq̄ in ſancte fidei religione cōmonuit ⁊ qualiter die tertia migraturus erat prout per viſionem a dn̄o habuerat eiſdē prenunciauit. Altero vero die in lecto decūbens ad eccleſiā apoſtolorum principis ſe deportari iuſſit: vbi ⁊ ſepulchrū ſuū marmoreū deferri voluit. Et de lectulo ſurgens duobus ep̄is eū ſuſtentantibus ipſemet ad ſepulchrū acceſſit illudq̄ bn̄dixit et ad lectulū rediit. Tota quoq̄ ipſa die ⁊ nocte populū congregatū ſalutiferis ſermonibus admouere non ceſſauit. Die vero tertia de mane cōuocatis epiſcopis ⁊ clero: miſſam ſibi celebrari fecit. Dei de communionem ſacram ſuſcepit. Et erectus in lectulo ſuo proſpiciens ad crucē diutius pro ſe ⁊ omni xp̄iano populo orationē fudit: mox q̄ ſupinus rediēs quaſi ſuaſi ſomno ſoporat⁹ feliciter ſpm̄ emiſit. Tunc omnes campane per vrbem per ſeipſas ſonare ceperunt. Eadē hora albertus ⁊.v.alij de tuderto in ipſa ciuitate viderunt ſtratā paliis innumeris ornatā ⁊ coruſcantē lampadibus: per quā leo papa ducebatur ad celū. Et inuenerūt eum eadem hora e corpore migrauiſſe. Et concurrente omni populo ipſo die ſepulture ſue: deus per eū multa miracula oſtendit. Nā demoniacus quidā qui.ix. annis obſeſſus fuerat liberatus eſt. Alius q̄ erat cecus ⁊ mutus ac ſurdus videndi ⁊ audiēdi ac loquēdi facultatē accepit: m̄lti quoq̄ alij a diuerſis īfirmitatib⁹ curati ſunt. Sepultuſq̄ eſt in eccleſia beati petri manifeſtis miraculis clarens. Quieuit autē in dn̄o.xiiij.kalen.maij.anno dn̄i. M.liiij.

¶ De ſancto Timone diacono ⁊ martyre. Cap̄.lxvi.

TImon diaconus et martyr de.vij p̄m⁹ ab ap̄lis electus eſt: vt habet Act.vi. Qui primus apud beroā doctor reſedit. Ac deinde verbū dn̄i diſſeminās venit corinthū. Ibiq̄ a iudeis ⁊ grecis: vt tradit flāmis iniectus: ſed nihil leſus eſt. Dehinc cruci affixus martyriū ſuum impleuit.xiiij.kalendas maij. Hec Hieronymus in martyrologio.

¶ De ſctō Timone ep̄o ⁊ martyre. Cap̄.lxvij.

TImon ep̄s ⁊ martyr apud arabiā paſſus eſt: q̄ eſt diaconatus ordine ad pontificatū vrbis veſegorine: q̄ ciuitas eſt arabie electus eſt. Qui pro cōfeſſione nominis dn̄i flammis combuſtus martyrio extitit coronatus; et in ipſa ciuitate reconditus.

¶ De ſanctis Sulpitio ⁊ Seruiliano martyribus. Cap̄.lxviij.

SUlpitius et ſeruilianus rome paſſi ſunt. Qui predicatione ⁊ miraculis flauie domitille ad fidē xp̄i cōuerſi ſunt: que etiā ſponſas eorū theodorā ⁊ euphroſynā ad agnitionē xp̄iane veritatis ⁊ pſeuerantiā virginitatis cōuerterat. Hi ambo ſub pſecutione traiani imp̄atoris p̄fecto vrbis aniano detenti: cum ſacrificare nollēt capite plexi ſunt. Sepulti a xp̄ianis in predio eorū via latina ſecūdo miliario ab vrbe.xij.kalen.maij.

¶ De ſancto Marcellino ep̄o ⁊ confeſſore. Cap̄.lxix.

MArcellinus prim⁹ ep̄us ebreduneñ. ciuitat[is] fuit: q̄ diuino iuſſu cū ſociis ſuis donino ⁊ vincentio ex aphrica veniēs maximā ptē alpiū maritimarū verbis et ſignis admirādis: q̄b⁹ vſq̄ hodie refulgēt: ad fidē xp̄i ꝯuertit. Hic īter cetera vtutū ei⁹ p̄conia a deo obtinuit: vt baptiſteriū qd̄ ip̄e ī eadē ciuitate ꝯdiderat: ſingl'is ān̄is in ſabbato ſctō aq̄s diuinit⁹ ⁊ ſubito repleat: ⁊ p ſeptē dies paſche aq̄ exuberāte plenū pmaneat: qd̄ vſq̄ in diē hodiernū ibidē apparet. In eadēq̄ ciuitate quieuit in pace: vbi ⁊ ſepult⁹ eſt.xij.kalen.maij. Socij vero ei⁹ cōfeſſores xp̄i in dn̄o dormierūt apud clunenſium vrbem cōditi. hec ado.

¶ De ſancto Victore ep̄o. Cap̄.lxx.

VIctor carthaginēſium epiſcopus floruit t̄pe anaſtaſij imp̄atoris: qui preclarus vtutib⁹ et doctrina. Aduerſum arrianos cōpoſuit librum vnū. De penitentia librū vnū: in q̄ o